# Serenissima ac potentissima ~~Princeps~~ Regina

Quando per Interpretem suum Regia Tua uestra Maiestas eo me honore dignata est ut se meas euoluisse quales illas cum lucubrationes significarit, non potui profecto non admirari, tam excel= in [redacted] mulieris muliebri

[redacted] conditione [redacted] tantum ingenij atq; scientiæ ea in ætate [redacted] regnorum ac prouinciarum domi ac militiæ curam tam bonum tamq; integrum otium, uti ad tractandas istiusmodi doctrinas et posset animum suum efficeret Regiæ Tuæ Maiestati conuertere. Sed quod caput dignationis est. Autorem ~~etiam~~ ipsum quanquam ignotum atq; obscurum ê summo illo Regiæ Maiestatis fastigio ~~sine religionis discretione~~ saluere iussum, etiam ad urgenda negotia sua capta cohortari; id enim uerò incredibilis atq; inusitatæ clementiæne dicam, an beneuolentiæ? monumentum est. Eo uerò me fidentius oportet ad Regiæ Maiestatis Tuæ pedes uenerabundum accedere; et quod præsenti non licet ob δογματῶν dissidium, nisi licere faciat Regia Maiestas Tua, id officij per literas exequi; nimirum ut actis humillimè gratijs præter incolumitatem et uitæ dominatusq; diuturnitatem, id ipsi etiã à Deo efflagitem, ut magnam illam Regiæ Maiestatis Tuæ mentem humanarum iam disciplinarum opibus locupletatam, ~~diuinarum etiam atq; sin=~~ ~~Coeliorum sapientiæ luce~~ supernæ lucis radijs collustret; ut diuinæ consors effecta Naturæ, quic= ~~quidquid alienorum ἀνὰ τῆς πρώτης ὀρθότητος sententiæ est, aspernata~~ ~~ad beatæ immortalitatis fructum sero quidem, sed aliquando transferatur.~~ Interea uerò si per Regiæ Maiestatis Tuæ clementiam id me impunè ausurum esse cognouero, et qua perferri possit aditus quispiam ostensus

quidquid τῆς πρώτης σοφίας ἐναντίον aspernata, fructus tandem referat beatæ immortalitatis.

fuerit, simul ac prælo exierit, quæ sub eo iam sudat πολυγραφία mea, eam ad pedes Regiæ Maiestatis Tuæ deponam. Oedipus autem ille meus iamdudum Reip. Lit.ria debitus urgetur, ~~quæ quidem à me~~ à me quidem exigetur, assi=

duè; sed ob reconditam, et caligine vetustatis abstrusam eruditionem, quæ laboriosè in lucem eruenda, paulò longioris est.

Quamuis eo tamen, prout processerit, non diffidam, si vita suppetat, Deum Opt. Max. Regiam Maiestatem Tuam ex voto meo sempiternis bonis fortunet.

Quare si omnis in hoc orbis theatro indignis meis obsequiis Regiæ M. T. emolumento esse possem, imperium tuum nutu tantum exprimere sufficiat.

Romæ 3 Non. Iunij anno salutis 1649

Regiæ Maiestatis Tuæ

Servus humillimus

Athanasius Kircherius